

b. in selecta epistola reperitur plerumque vnica, vbi amplificatio est necessaria. VI. VII.

C. Conclusio. VIII.

- V. Varietas, dantur epistolæ, quæ constant
1. ex vnica parte seu propositione, VIII.
 2. ex duabus partibus. X.
 3. ex tribus, XI.
 4. ex quatuor, XII.
 5. ex quinque. XIII. XIII.
- VI. Stilus in epistolis adhibendus. XV.

CAPVT IIII. DE EPISTOLIS.

SECT. I. DE ADPELLATIONIBVS, NATVRA ET AVCTORIBVS EPISTOLARVM.

I.

*Varia
epistola-
rum no-
mina.*

Scriptorum quidem hoc genus non tantum a *materia sua litteras*; * sed & a *modo scribendi veterum*, ** libris atque corticibus arborum, & tabellis cera inductis, loco chartæ vtentium, litterarumque figuras pungendo in iis exprimentium, *codicillos, libellos, tabulas, pugillaria*, & quæ sunt reliquæ istiusmodi voces a IVSTO LIPSIO atque aliis explanatæ, antiquitus adpellari, meminimus.

* Pri-